DE MODORUM EXORDIIS IN QUO DISPOSITIO NOTARUM PER SINGULOS MODOS AC UOCES

Ex diapaſon igitur conſonantiae ſpeciebuſ exiſtunt qui appellantur modi quoſ eoſdem
tropoſ t tonoſ nominant. Sunt autem tropi conſtitutioneſ in totiſ uocum ordinibuſ
t grauitate t acumine differenteſ. Conſtitutio uero eſt plenum ueluti modulationiſ corpuſ
ex conſonantiarum coniunctione conſiſtenſ quale eſt t diapaſon & diateſſeron. uel biſ diapaſon
Eſt enim diapaſon conſtitutio a pſlambanomenon in meſen ceteriſ quae ſunt mediae uocib;
annumeratiſ. t a meſe rurſuſ in neten hyperboleon cum uocibuſ interiectiſ. t ab hypate me
ſon in neten diezeugmenon. cum hiſ quaſ extremae uoceſ mediaſ claudunt. Synemmenon uero Conſtitutio eſt
quae a pſlambanomenon in neten ſynemmenon. cum hiſ quae mediae interiectae ſunt conſtat.
Biſ diapaſon autem a pſlambanomenon in neten hyperboleon cum hiſ quae in medio ſunt
interpoſitę conſideratur. Haſ igitur conſtitutioneſ ſi quiſ totaſ faciat acutioreſ. t graueſ
totaſ remittat. ſecundum ſupradictaſ diapaſon conſonantiae ſpecieſ efficiet modoſ VII.
quorum nomina ſunt haec. hypodoriuſ hypofrigiuſ. hypolidiuſ. doriuſ. phrygiuſ. Lydiuſ.
Mixolydiuſ. horum uero ſic ordo procedit. Sit in diatonico genere uocum ordo diſpoſituſ
a proſlambanomenon in neten hyperboleon. atque hic ſit hypodoriuſ moduſ. Si quiſ igitur
proſlambanomenon in acumen intendat tono. hypatenq; hypaton eodem tono adtenuet
ceteraſque omneſ tono faciet acutioreſ. acutior totuſ ordo perueniet. quam fuit priuſquam
tonuſ ſuſciperet intentionem. Erit igitur tota conſtitutio acutior effecta. hypophrygiuſ mod.
Quod ſi in ipſo phrygio toni rurſuſ intentionem uoceſ acceperint. hypolidii modulatio naſcetur.
Atſi hypolidium quiſ ſemitonio intendat. dorium faciet. et in aliiſ quidem ſimiliſ eſt in acum